

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0870
	0868
	0874
	0864
297	
rex Jerusalemi et Angliae factus duas coronas sibi imposuit. Ea propter Angli reges sibi eum titulum adhuc usurpant. Sed et Guido post abscessum regis Richardi regni Jerosolymitani titulum resumxit dicens, regni sedem a Jerusalem in Cyprus translatam. Sed principes, qui adhuc loca in Syria possidebant, eum pro rege Jerusalem non cognoscebant scientes, eum vere regnum perdidisse, et regis titulos amisisse. Auctus igitur Richardus et animosior factus ex titulo desiderati regni ascendere et obsidere Jerosolymam instituit, sed superveniente hieme et dilabentibus passim maritimis copiis sententiam mutavit et cum Saladino pace composita in patriam redire dispositus et curam christiani exercitus et regni jura Heinrico, comiti Campaniae, suo nepoti commendavit, et ita rem infectam reliquit, super desolatos afflictionem cumulans recessit: aestimabat enim regem Franciae suum aemulum et timebat terrae suaue invasionem in sua absentia. Recedens per mare rex Richardus, Deo ita volente, tempestate saevissima orta, naufragium passus est, sed evadens cum paucis valde secrete per Austriam transitum faciens a Sapuldo ejusdem regionis duce captus est, atque omnibus bonis spoliatus imperatori Heinrico, filio Friderici, qui in praecedenti expeditione Jerosolymitana discesserat, traditus est, et per annum et dimidium tentus datis ducentis millibus marcarum argenti dimissus est et rediit in Angliam. Puto autem hanc tribulationem ei supervenisse pro eo, quod regnum sanctum Jerosolymitanum ambivit et eo adepto in tribulatione et vexatione dereliquit et fugit. Praefatus autem Campaniae comes, cui rex Anglorum curam exercitus christiani commendaverat, vir pius et prudens, considerans, post recessum illorum duorum regum, Franciae et Galliae, terram desolatam mansisse, ibidem remanere in Dei servitio statuit. Cujus pium animum considerantes Magister hospitalis et templi una cum caeteris peregrinis eum in regem Jerosolymorum elegerunt, cui et dominam Elizabetham, filiam Almarici regis Jerusalem in conjugium tradiderunt, quia maritus (B) ejus, marchio Tyensis, mortuus erat, et etiam dominus Eufredus, primus ejus maritus.	0879 0859 0919 0819 0969 0769 0369
Post duos autem annos regni ejus, dum in superiori coenaculo palatii sui fenestrae se innitendo aspodiaret, miserabili	Ende
	Anfang